

D. D.

THESES  
HISTORICO-  
MORALES,

Quas

*Consentiente Ampliss. Fac. Phil. in Reg. Acad.  
Aboensi,*

Sub PRÆSIDIO

HENRICI HASSEL,

Eloq. Prof. Reg. & Ord.

Pro GRADU

*Publicæ Censuræ subicit*

Die 23. Junii 1738.

REGIUS ALUMNUS

ERIC KENSINÖM /

*Wexionia-Gothus.*

Loco horisque solitis.

---

ABOÆ, Excud. Joh. Kizæmpe, Reg. Acad. Typ.



*Thes. I.*

**U**T Historia in genere haut exiguum in tota Philosophia præstat usum; ita civilis, cum practica sive morali Philosophia maximum nexum & combinationem habet.

*Thes. II.*

**F**inis Historiæ civilis & Philosophiæ moralis unus esse debet.

*Thes. III.*

**P**ropter hunc finem pragmatice tractanda est Historia.

*Thes. IV.*

**N**udam tamen & simplicem aliquam præmittendam esse tractationem censemus.

*Thes. V.*

**H**istoria non debet esse congeries omnium promiscue relationum, sed habendus est uniusque respe-

respectus ad usum, quem in vita humana asserre possunt.

*Thef. VI.*

**M**erito tamen iste excipitur casus, quando ejusmodi relationes vel ad Chronologiam vel antiquitates illustrandas facere possunt.

*Thef. VII.*

**S**ine adcurata observatione Synchronismi nos in Historia, saltem antiqua, non multum proficere posse contendimus.

*Thef. VIII.*

**H**istoriis anecdotis five arcanis non omnem fidem & auctoritatem derogandam esse, contra Bælium aliosque existimamus.

*Thef. IX.*

**P**hilosophiam moralem ex libris gentilium haurire licet.

*Thef. X.*

**D**atur in Philosophia morali certitudo.

*Thef. XI.*

**I**us naturæ circa externas tantum actiones non veritatur.

*Thef.*

*Thef. XII.*

**S**Tatus naturalis non per solam fictionem concipitur, sed re ipsa etiam datur.

*Thef. XIII.*

**V**astum mare domini non est capax.

*Thef. XIV.*

**A**D decorum externum observandum obligati sumus, quatenus neque honestati neque conscientiae repugnat.

*Thef. XV.*

**O**mnia praecepta Decalogi quodammodo sunt juris naturalis.

*Thef. XVI.*

**I**N re illicita imperanti obtemperare non debemus.

*Thef. XVII.*

**F**orma regiminis in Svecia hodierna, eadem est quae antiquis tantum non omnibus viguit temporibus.

*Thef. XVIII.*

**S**ervi natura non dantur.

*Thef. XIX.*

**A**emulatio inter literatos est licita; sed quae ab invidia & odio est immunis.

*Thef. XX.*

**O**economia pro vario considerandi modo, & ad Philosophiam moralem referri potest, & ut peculiaris tradi disciplina.

\* \* \*